



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caout, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Adolescens laborans tibia, quam medici suadebant secari, audita missa in sacello B. Mariæ Cheruiensis protinus in intergrum restituitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

curriculum sibi procuraret, gratis ad vltimum
mutuo datum. Vnde factum est vt feria quon-
ta immediatè sequenti ad dictam ecclesiam
peruenerit, vbi, mirabile dictu in instanti ab
apoplexiæ morbo libertina euasit, quem
per octennium torserat: & eodem ipso die
uifere capit aliquos suos parentes & con-
guineos Cheruiæ parochianos, eisdem enu-
rans hoc miraculum: quod paulo post con-
firmatum fuit noua attestatione proprii
pastoris.

*ADOLASCENS LABORANS TIBIA
quam in dicitur debeat secari audita missa
sacello B. Mariæ Cheruiensis prout
in integro scriptur.*

CAPVT LIII.

S Vb idem tempus duo Patres Societatis
sua Leodio Cheruiam venientes nuncu-
uerunt pastori quendam adolescentem apud
Leodienses ludimagistrum habuisse tibiam
tantis ardoribus male affectam, vt medici
iudicio illi præscindenda foret: eoq; res ab-
uenerat vt Chirurgus ipse dictum in fruem
strumēta coaptasset, quando ex improviso se
obtulērunt dicti Patres, qui tantæ miseræ
cōpassione permoti iuuenem sollicitauerunt
se B. Virgini peregrinum deuoueret, Cherui-
amq; venerationis ergo contenderet: eodem

referentes quomodo ipsius intercessione quomodo ipsius intercessione quatuor dierum spatio parata forent duo insignia celeberrimaque miracula: prædictæ videlicet Dionisæ Berthæ & paralytici Baliolani: nam inde recenter remeabant. Quibus auditis miser subito remittit chirurgum, & maximis cum laboribus suscipit peregrinationem versus Cheruiam, quam spacio sex dierum compleuit, ubi missa audita redijt totus sanus ad propria. Quod idem postea pro certò etiam confirmatum quædam Leodiensis femina.

PELLA NON SOLPENS VOTVM
patris defuncti, quod implere promiserat, morbo opprimitur, eo autem per soluto liberâ morbo dimittitur.

CAP. LIV.

Iohannes Charletus Custos Aulæ Comitissæ Valecenis, scripto reliquit neptem suam patri suo iam morti proximo promississe se eius nomine adimpleruram quandam peregrinationem ad B. Virginem in Cheruia, cui se voto obstrinxerat. Quam nihilominus ipsa promissi in memor, postea implere neglexit. Quibusdam autem præterlapsis annis sana cum esset, imò vero etiam desponsata, una cum cæteris amicis & paribus suis indixit certum diem ad celebrandum nuptiale convivium verum ab illo ipso die cepit agitari dolore tibiæ, quo in dies

H 4 magis